

Quod si ergo ab anima nostra & sensibus omne unculum curae mor-  
 talis absoluiimus continuo libenter & iam nobis adert & adstet  
 dñs. Quae autem sunt inconsequenti b; uideamus. Circum datur  
 hiericho. & expugnari eam nequomodo expugnatur hiericho  
 gladius non educitur aduersus eam. arbor non dirigitur. nec  
 uibrantur hastae. tube solum modo sacerdotibus adhibentur.  
 & his muri hiericho subruuntur. In figuram mundi huius ponit  
 hiericho inscripturis frequenter inuenimus. Nam & in euan-  
 gelio quod dicitur. homo de hierusalem in hiericho descendisse.  
 & in latrones incidisse. formam sine dubio erat illius adae. qui  
 de paradiso in huius mundi exilium trusus est. sedet <sup>eccl</sup> quierant  
 in hiericho. ad quos uenit ih̄s ut faceret eos uidere. formam ge-  
 rebant eorum. qui in hoc mundo caecitate ignorantiae praee-  
 mebantur. ad quos uenit filius dñi. haec ergo hiericho hoc e-  
 mundus hic casu <sup>eccl</sup> rursus est consummatio. & enim seculi iam du-  
 dum sc̄i uoluminibus p̄ualgata est. quomodo ergo ei com-  
 summatio dabitur. quibus organis. uocibus inquit tuba-  
 rum. paulus tibi secreti huius prodat archanum. audip se  
 quid dicit. canit inquit tuba. & in ortu qui in xp̄o sunt resur-  
 gent incorrupti. & ipse dñs in uoce archangeli. &  
 in tuba dñi descendit de caelo. Tunc ergo ih̄s dñs noster cum  
 tubis uenit hiericho. & prosternit eam. ita ut ex ea mere-  
 trix sola saluetur. & omnis domus eius. Uenit ergo dñs  
 noster ih̄s xp̄s. & in tubarum uoce uenit. sed & iam nunc ore  
 mus. ut ueniat. & destruat mundum. eum qui in maligno po-  
 situs est. & omnia quae in mundo sunt. quia omne quod in mun-  
 do est concupiscentia carnis est. & concupiscentia oculorum.  
 Ista destruat. ista iam iamq; desoluat. salua autē hanc solā  
 quae exploratores eius suscepit. quae apostolos eius in fide